UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. XX. Hessen-Darmstädtische Vorstellung gegen die Frantzösische in favorem Domus Casselanæ geschehene Declaration.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52163

Visual Library

1646. Junius.

§. XX

1646. Junius,

Heſſen-Darmſtädtiſche Vorſtellung gegen die Frantzöſiſche in favorem Domus Caſſellanæ, geſchehene Declaration.

Nachdeme die Crone Franckreich das Heſſen-Caſſeliſche Intereſſe wegen der Marpurgiſchen *Succeſſions*-Sache, ſtarck triebe, und darauf beſtund, daß ſelbiges Hauß, nach ſeinen geäuſerten Verlangen, plenarie reſtituiret werden ſolte; ſo geſchahe von den Heſſen-Darmſtädtiſchen Geſandten nachſtehende eyferige Vorſtellung N. I. dagegen, daß ſolches Begehren mit den Kayſerlichen Judicatis, Pactis Familiæ und erfolgten auch mit theuren Eydſchwüren beſtärckten Transactionen, nicht beſtehen könne.

Dictat. d. 15. Junii 1646.
per Dir. Mogunt.

N. I.

Memoriale ad Cæſareæ Majeſtatis Legatos Plenipotentiarios a Conſiliariis Haſſo-Darmſtadinis.

Romanorum Imperatoris Invictiſſimi Legati Plenipotentiarii, Excellentiſſimi, Illuſtriſſimi & Generoſiſſimi Domini Comites, Nobiliſſimi, Magnifici & Conſultiſſimi Domini, Domini gratioſi, honorandiſſimi.

Poſtquam Celſiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Georgius Haſſiæ Landgravius, Comes in Catimeliboco, Ditia, Zigenhaina, Nidda, Yſenburgo & Budinga, Dominus noſter Clementiſſimus, ex iis, quæ Regis Galliarum & Navarræ Chriſtianiſſimi Domini Legati Plenipotentiarii ad Poſtremam Declarationem ab Excellentiis Veſtris die 29. Maji ipſis exhibitam reſponderunt, inter alia & hoc animadvertit, ut Domina Landgravia Haſſo-Caſſelana reſtituatur, & eadem conſervetur in poſſeſſione ejus, quod è Succeſſione Marburgenſi ad Domum Haſſo-Caſſelanam pertinet, juxta contenta petitionis ſuæ; Celſitudo Sua nobis ad præſentes Pacis Tractatus Deputatis Conſiliariis ſingulari ſtudio mandavit, ut ex præſcripto contra hoc Domus Haſſo-Caſſellanæ poſtulatum omni meliori modo proteſtaremur, & quare ipſi deferendum non ſit, oſtenderemus. Nihil quicquam ſcilicet ex ita dicta Succeſſione Marburgenſi ad Domum Haſſo-Caſſellanam ullo jure, ullave juſta vel probabili cauſa pertinere, prout hoc ſolidiſſime & clariſſime per ſcripta typis excuſa Ceſſitudo Sua omnibus notum fecerit, nec plus de poſſeſſione prædictam Celſiſſimam Domum prætendere poſſe. Licet enim nuperrime, ſine prævia denunciatione Domina Landgravia Caſſellana Marburgum cum aliis Principatus ejuſdem locis vi armata invaſerit, & adhuc dum eadem violentia ea detineat, nulla tamen ratione titulum poſſeſſionis imo nec colorem inde allegare poſſe: Nam cum id contra Jura Communia & Imperii Leges ſacratiſſimas, contraque antiqua & nova Familiæ Statuta, Pacta ſanctiſſima, patratum ſit; tantum abeſſe, ut invaſio illa pro poſſeſſione haberi vel in æternum juſtificari poſſit, ut potius ſemper & ubique pro injuſtiſſima uſurpatione & vitioſiſſima detentione haberi debeat: nec dubitare Celſitudinem Suam, ſi Excellentiæ Veſtræ Regis Chriſtianiſſimi Dominis Legatis Plenipotentiariis poſtulati hujus Caſſelani iniquitatem demonſtrare haud graventur, illos ex formula obteſtationum ſuarum, juſtitiæ & æquitati locum conceſſuros, ſi coram ipſis repetitum fuerit, quantum vitii Domus Haſſo-Caſſellanæ petitio, quantam labem haberet, jamdum Orbi Chriſtiano publicis ſcriptis oſtenſum eſſe, nec invaſionem Celſiſſimo Principi Domino Landgravio Hermanno fratri & Patruo Seniori ob amorem fidei probari, ſed huic ab ipſo contradictum eſſe, ire in exemplum omnibus gentibus abominandum, quæ nunquam quietem agere poſſent, ſi Divinam Legitimi Magiſtratus auctoritatem, ſi publicas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1646. Junius. Deo teſte firmatas, bene & libere initas, totiesque ratificatas Conventiones, detortis ex falſa narratione ratiunculis, impugnare liceret, averſum eſſe Chriſtiano nomini, dum poſt ſe traheret tot millium juramentorum voluntarie præſtitorum contemptum, injurioſum eſſe in Cæſaream Majeſtatem, totum Collegium Electorale, complurimos Imperii Principes Eccleſiaſticos & Seculares, qui omnes, quotquot ſcilicet ea de re requiſiti fuiſſent, & ſententiam in cauſa civili nihil cum tumulto & bello præſenti commune habente, poſt legitimam per octodecim annos judicialem ventilationem, latam & inſecutam Transactionem unanimi conſenſu approbarint, & ut vim legis Imperialis haberet, interceſſerint, hoc etiam præſenti Tractatu a Statibus agnitum eſſe: nullum enim ex tribus Collegiis in inſtituta deliberatione inventum fuiſſe, qui Lineæ Caſſellanæ dicta loca reſtituenda eſſe putaverit.

Rogare proinde Celſitudinem Suam Excellentias Veſtras, ut in hac cauſa, prout tantorum vinculorum exigit veneratio, verſentur, neque patiantur ad iniqua præjudicia ſe induci, nec Suam Celſitudinem ejusque Lineam Darmſtadinam hoc injuſto poſtulato gravari, verum eò allaborare velint, ut, quæ ſemel & toties inter utramque Lineam placuerint, & tantis vinculis ſancita fuerint, religioſe & conſtanter ſerventur, ne ira Dei magis nominis ſui ſanctiſſimi violatione provocetur, cauſa & fomes perpetui diſſidii inter utramque Lineam creetur; nihil enim magis durum vel intolerabilius eſſe poſſe, quam ſi Princeps vicino, & quidem ſanguine juncto, iisdem legibus Patriæ & eidem Magiſtratui ſubjecto, a quo contra leges patrias communes & particulares in familia conditas & ſanctiſſimis vinculis munitas tot injuriis & damnis affectus, ſua tanquam in præmium relinquere cogeretur, juſtitia vel æquitate privaretur: hæc vero impoſſibilia eſſe, nec Sacram Cæſaream Majeſtatam in ea condeſcendere velle, Celſitudinem Suam ex ipſius clementiſſima declaratione pro certiſſimo habere. Id quod Excellentiis Veſtris ad præſcriptum mandatum proponere easque rogare debuimus, ulteriora tamen Celſitudini Suæ reſervantes, gratiæ & propenſioni ipſarum nos debito modo recommendantes, Datum Osnabrugæ 7/17 Junii Anno 1646.

Conſiliarii ad hos præſentes Pacis Tractatus
Legati Darmſtadini.

§. XXI.

Vorſtellung des Wetterauiſchen Grafen-Standes gegen das von Schwartzenburg prætendirte Votum Singulare.

Was des Wetterauiſchen Grafen Standes Abgeſandte, wieder das von Schwartzenburg prætendirte Votum Singulare, worgegen bereits das geſamte Chur- und Fürſtliche Hauß Sachſen proteſtirt hatte, vorgeſtellet, und dabey gezeiget, wie ſolches ohne Confuſion in dem gantzen Gräfflichen Collegio nicht zum Effect gebracht werden möge; ergiebt folgendes Memorial:

Præſent. d. 15. Junii & Dictat. d. 20. ej.
Oſnabrück *Anno 1646.*

Gegen-Proteſtation und Reſervat des Wetterauiſchen Grafen-Standes Abgeſandten, contra dem Schwartzburgiſchen Gräflichen Geſandten, in puncto Admiſſionis.

Des Heiligen Römiſchen Reichs Fürſten und Ständen zu dieſen General-Friedens-Tractaten hochanſehnliche Herren Abgeſandte,

Hoch und Wohl-Edle rc.

Großgünſtige hochgeehrte Herren.

Alß geſtrigen Tages der Gräflich-Schwartzburgiſche Herr Geſandter, nebſt ſeiner